



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Suspensio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

gem, peccat cultu falso & superfluo. tom. 2. circa primum De-
calogi preceptum, disp. 3. q. 5 punct. 1. n. 1. &c. seq.

Suspensio.

Vide v. Censura, Clericus.

1. Suspensio propriè accepta est censura Ecclesiastica, qua persona Ecclesiastica impeditur, ne functiones exerceat sui beneficii, vel officii, vel ordinis in totum, vel in partem, in per-
petuum vel ad tempus. Multiplex est suspensio. Alia est ab of-
ficio in totum, vel in partem: alia est poenalis, alia medicinalis:
alia est temporalis, alia perpetua: alia est à jure, alia ab homi-
ne. tom. 1. de Suspensione, disp. 3. punct. 1. n. 1. &c. 2.

2. Judex vel Episcopus qui tulit censuram suspensionis, vel interdicti, potest ex justa causa illam suspendere ad tempus, &
concedere celebranti ut tunc temporis non incurrat irregulari-
tatem, quia censura non ligat ultra intentionem judicis. I-
bid. n. 4.

3. Suspensio lata absolutè absque limitatione expressa vel tacita, suspendit absolutè ab omnibus, id est, ab officio & be-
neficio; lata verò cum expressione alicujus effectus particula-
ris extenditur ad illum effectum, & ad ea quæ sunt illi adnexa
& non alia. Quare suspensus ab ordine, non est eo ipso su-
pensus à jurisdictione, vel beneficio, quia ordo non est ne-
cessario adnexus jurisdictioni aut beneficio Ibid. p. u. c. 2. num.
1. 2. &c. 4.

4. Suspensus ab ordine inferiori censemur suspensus à su-
periori, nisi suspensio expressis verbis restringatur ad inferio-
rem: & suspensus ab ordine absque alia moderatione, intelli-
gitur suspensus à quolibet ordine, sicut suspensus absolutè ab
officio nulla addita limitatione, intelligitur suspensus ab of-
ficio non tantum ordinis, sed etiam jurisdictionis: suspensus
tamen simpliciter ab officio, non intelligitur suspensus à be-
neficio, seu fructibus beneficij. Ibid. num. 7 &c. seq.

5. Collatio beneficii facta suspenso ab officio, est invalida.
Ibid. n. 11.

6. Suspensus à beneficio, intelligitur suspensus tantum à
fructibus beneficij, seu à jure ad fructus: hinc si ut suspensus
à beneficio, teneatur adhuc persolvere onera beneficij. Ibid.
num. 12 &c. 13.

7. Fructus beneficii pro tempore quo aliquis permanet suspendus à beneficio, convertendi sunt in utilitatem Ecclesie, (detractis iis qui traduntur substituto ad inserviendum,) distributiones vero pro eo tempore, quo clericus eas non liceatur, tradendae sunt aliis clericis, qui inter sunt divinis officiis. *Ibid. num. 14.*

8. Suspensus ab officio non potest sacramenta administrare: sicut & suspensus ab officiis divinis non potest ea ex officio perfolvere. *Ibid. num. 15 & 16.*

9. Injustè suspensus ab officio distributiones potest recipere, saltem si ante suspensionem consueverat frequentare chorum. *Ib. n. 17.*

10. Suspensio absolutè prolata absque conditione, vel limitatione temporis, durat donec auferatur per absolucionem: lata vero cum temporis determinatione durat intra tempus determinatum, & eo tempore elapsò cessat. *Ibid. punct. 3. num. 1. & 2.*

11. Qui contraxit suspensionem per annum, servare debet suspensionem tot diebus quot durat annus, nempe 365 diebus, incipiendo ab eo die in quo contracta est, usque ad eundem dicem sequentis anni, vel mensis, si lata sit per mensim. *Ib. n. 3. & 4.*

12. Suspensus ab officio ab aliquo Superiore est ubique suspensus, consequenter non potest alibi exercere officium, modo suspensio lata sit absque loci determinatione, & suspensus peccat mortaliter ex suo genere exercendo actum, à quo est suspensus, nisi aliunde excusatetur. *Ib. punct. 4. n. 1. & 7.*

13. Cooperans & communicans cum suspenso tolerato, seu nondum denuntiato in his actibus jurisdictionis & officii, à quibus est suspensus, non peccat mortaliter, propterea petens sacramentum à Sacerdote suspenso ab officio, sed nondum denuntiato non peccat. *Ib. num. 3. & 4.*

14. Suspensus ex delicto fit irregularis, violando suspensionem per exercitum sollemnem majoris ordinis, à quo est suspensus. Nec refert quod suspensio lata sit cum restrictione ad determinatum tempus: propterea suspensus ab ordine, efficitur irregularis benedicendo aquam, juxta solemnitem Ecclesie. *Ibid. num. 5 & 6.*

15. Acta per suspensum qui non est nominatum denuntiatus, valida sunt secus dicendum de actis nominatum denuntiati, nisi ad sit titulus coloratus, & error communis vulgi. *Ib. n. 7.*